



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

In Antidotvm Svam, Panaceam Ghibbesianam. salutarem aduersus  
maximè pestem. Quo nomine Summus Pontifex in contagione Vrbis  
ampullam habere voluit. Ode XXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

Pieris myrti tibi texit vmbram,  
Quam nec Eléi Iouis, aut Idumes  
Fronde permutes, dabiaue sœui

Fronde Gradiui :

Seu iuvat blandæ penetrale Suadæ  
Vifere, vmbrosos Sophiæquè lucos;  
Siue te pulchrâ medicina vinclum

Compede tardat.

Quale nec fuluæ Tagus Amphitritæ,  
Quale vctigal nequè fabulosi  
Vrna Paetoli, nequè pendet aureis

Hermus arenis.

IN ANTIDOTVM SVAM,  
PANACEAM GHIBBESIANAM.  
salutarem aduersus maximè pestem.

Quo nomine Summus Pontifex in contagione Urbis  
ampullam habere voluit.

O D E   XXXII.

O Thesaure patris, mihi  
Quondam iure sacri fise silentij,  
Deuoto trucibus minis,  
Si pandam artis opus, non piger auxili;  
Quod crebrescere principum  
Accessu, atquè opibus, das quoquè filio;  
Quod clauâ putor Herculis  
Morbotum segetes, ac mala germina  
Deturbare valentiū;  
Dicunt mequè homines nunç digitum Dei:  
Totum hoc, ambrosiæ comes,  
Donum, SVCCE, tuum est. O ego reddere  
Si possim meritis vices,  
Fies nobilium tu quoquè nectarum;  
Me tollente Iouacibus  
Neruis blanditiæ prodigium tuæ.

120 IAC. ALB. GHIBBESII  
I, sors maxima quò vocat;

I vim Pontifici promere Maximo  
Contra, myrrhee Onyx, luem  
Paruā mole celer. Non tibi Pontica  
Pyxis, nil prohibens capi  
Optantem dominum funera; non tibi  
Persarum ducis arcula,  
Victori spolijs gratiō omnibus,  
Clauso prodita balsamo,  
Certet; sancta Patris si manus applicat.

AD ALPHONSVM IV.  
ATESTINVM,  
MVТИNAE ET REGII DVCEM.

*In funere FRANCISCI patris. Gratulatur inde  
successionem ipsi.*

O D E XXXIII.

P VIIā virentem frontis adoream  
Commūtet umbrā præfica Pieris,  
Cantunquè lugubri querelā, &  
Triste chely resonante buxum.  
Non illa, sano qualis Apolline  
Spectanda venit nupēr; amiciūs  
Gratata solennes triumphos  
Egregio patris Almerico!  
Audita cui non capta Valentiae  
Moles? quis altis surdior ictibus  
Non quassa Mortari recepit  
Mœnia, terribilemquè cladem?  
Tum quantus vrbes, quantus erat pauor  
Agros per omnes? iam caput Insubrum  
Secto petebat calle victor,  
Eridano subeunte pontem.  
Tamquè & coronam vi Modoëtiæ  
Penè occupārat, feruidus aggredi:

Sed